Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

150

uagas nullumq; demus callido. hosti locum tyrannidis. Dicamus
omnes cernui clamemus atq; singuli ploremus ante iudicem flec-
tamus iram uindicem. Nostris malis offendimus tuam deus
clementiam effunde nobis desuper remissor indulgentiam. Meme-
nto quod sumus tui licet caduci plasmatis ne des honorem nomi-
nis tui precamur alteri. Laxa malum quod gessimus auge bonum
quod poscimus placere quod tandem tibi possimus hic et perpetim.
Presta beata trinitas concede simplex unitas ut fructuosa sint
tuis ieiuniorum munera. Deo se. Ad Completorium

Xpe qui lux es et dies noctis tenebras detegis lucisq; lumen
crederis. lumen beatum predicans. Precamur sancte domine
defende nos in hac nocte sit nobis in te requies quietam
noctem tribue. Ne grauis somnus irruat nec hostis
nos subripiat nec caro illi consentiens. nos tibi reos
statuat. Oculi somnum capiant cor ad te semper uigi-
let. dextera tua protegat famulos qui diligunt. Defensor
noster aspice insidiantes reprime guberna tuos famulos quos
sanguine mercatus es. Memento nostri domine in graui isto
corpore qui es defensor anime adesto nobis domine. Deo patri
sit gloria eiq; soli filio cum spiritu paraclito regnans per omne seculum. Amen.

Audi benigne conditor nostras preces cum fletibus in hoc
sacro ieiunio fusas quadragenario. Scrutator alme
cordium infirma tu scis uirium. ad te reuersis exhibe re-
missionis gratiam. Multum quidem peccauimus penasq; compa-
tiamus sed cuncta qui solus potes confer medelam lan-
guidis. Sic corpus extra conteri dona per abstinentiam
ieiunet ut mens sobria a labe prorsus criminum. Presta
beata trinitas concede simplex unitas ut fructuosa sint
tuis ieiuniorum munera. Deo se. Ad Laudes.

Clarum decus ieiunium monstratur orbi celitus quod
Christe auctor omnium cibis dicauit abstinens. Hoc moyses